# 34. Ave funda Davidis

Version in G clef

Piae Cantiones 1625

Anonymus




2. Bersabeae tu diceris, saturitatis puteus,
ne nos jungat Inferis, cataclismus luteus,
sis arcus aethereus.

3. Clangens terrae Madiam, Jeroboalis buccina,
sic fugas Leviatan, genite ex Domina,
celesti tubicina.

4. Dinae curiositas, a Sichem prostituitur,
Mariae humilitas, ab alto respicitur,
Vasti fastus premitur.

5. Erat Rachel avida, in Jacob Amorrheo,
sed tu virgo pavida, visa ab Empyreo,
Gabrielis nuncio.

6. Filium concipiens, verbo credens Angelico,
Sol occasum nesciens, muros solvit Hiericho,
ambitu Septemplico.

7. Gideon dum properat, dux Josue vir Domini,
stare solem imperat, qui mox parat homini,
sit laus Dei nomini. Amen.

Edition © 2014 Mats Lillhannus
Edition may be freely downloaded, performed and recorded.